

*Cur  
Christus  
pedes discipulo-  
rum la-  
verit.*

sane vobis in dubiū revocare illius nobilitatem. Atq; hoc fine, nimirum ut per exempla humilitatem discipulorum animis infereret & implantaret, non dedignat<sup>9</sup> est ad opus humillimū se demittere, & discipulorum pedes abluere: quem actum obfignans ait: *Scitis quid fecerim vobis? Quasi dicat: Si humilitatis meæ obliviscemini, peribit vobis caput præcipuum meæ doctrinæ, & exemplum singulare, quod ut regulam & normam toti<sup>9</sup> vitæ amplecti vos velim, hancque Humilitatis imaginem nunquā ab oculis remove-  
re.* Nunc ut ad propositum nostrum revertamur ( id erat, Orationem cum sine fide, tum sine humilitate nihil esse ) Humilitatem in corde singulare lumen cognitionis esse dicimus, per quam nobis propria vilitas, & Dei majestas ac superemineus bonitas innotescit: cui<sup>9</sup> quanto majorem notitiam homo habuerit, tanto magis se dedignabitur suamq; vilitatem intelliget. Unde porro omnis boni expertem se videns, ardentissimè orare incipit ad gratiam & misericordiā Dei obtinendam, ipsumque Deum ut omnis boni originem rectè vereq; cognoscere, ej<sup>9</sup> magni-

*Cur Ora-  
tio sine  
Humili-  
tate ni-  
hili sit.*

magni-